Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



qui vivit et credit in
me: non morietur i
eternum. Credis hoc?
Ait illi. Vtique domine.
Ego credidi: quia tu es
xpistus filius dei vi
ui: qui in hunc mun
dum venisti. In omni.
Anniversario Spla
In diebus Machabeorum
illis. Vir fortissimus
iudas collacione fac
ta: duodecim milia
dragmas argenti:
misit ierusalem offe
rri ibi pro peccatis mor
tuorum: iuste et religio
se de resurrectione co
gitans. Nisi enim eos
qui ceciderant resur
recturos speraret: sup
fluum videretur: et
vanum orare pro mortu
is. Sed quia considera
bat quod hi qui cum
pietate dormicionem
acceperant: optimam
haberent repositam
gratiam. Sancta ergo
et salubris est cogita
cio pro defunctis exorare:
ut a peccatis soluantur.
In illo tempore. Iohanne.
Dixit ihesus turbis iu
deorum. Amen amen di
co vobis: quia venit
hora et nunc est: qui
mortui audient vo
cem filii dei: et qui au
dierint vivent. Sicut
enim pater habet vitam
in semetipso: sic dedit
et filio vitam habe
re in semetipso. Et